**2219** tabula lapidis nigri, schisti ut videtur [?] STEV. Nemi rep. una cum n. 2215, deinde in aedibus principis STEV. HENZ. — Anno 1880 ego frustra quaesivi.

C · COSSVTIVS · C · F ·
MYRMEX AED

Descripsit Stevenson. Henzen *bull. dell' Inst.* 1871 p. 61 et in Hermae vol. 6 (1872) p. 12.

**2220** sarcophagus magnus. Nemi *nell' appartamento nobile del palazzo Orsini* ROSS. Vide ne ex urbe adlatus sit.

SOF*e*NI EXVPERI

SEPTIMIVS
BOET(H)VS · E · Q · R
genius facem extinguens — genius — ET · IVLIA — genius — genius facem extinguens
IVLIANE · O · N · M
EIVS · VIVI SIBI ·
POSVERVNT
galli pugnantes

Descripsit de Rossi.
5 *(h)on(esta) m(atrona)* Rossi.

**2221** fragmentum tabulae marmoreae litteris facile liberae rei publicae. Nemi in aedibus principis.

S T A T *Ailio*
PRAE *Coni ex tribus*
DECVRI*s*
*uiato*RI · AE*dil. pleb* (?)
V . V

Descripsi. Edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1871 p. 62, Herm. 6 (1872) p. 13 descriptam ab Engelmanno.

Supplementa sunt Henzeni.

**2222** duo fragmenta lapidis Tiburtini eiusdem ut videtur epistylii. Nemi sub cruce ante portam Ariciam versus BRVNN DETL., Nemi in via publica humi ROSSI. Ego frustra quaesivi.

*a* LEICINIVS · L · F

*b* VOCONIVS · L · F

Descripserunt Detlefsen Brunn de Rossi. Ediderunt Ritschl priscae Lat. mon. enarr. p. 62; Mommsen huius corporis vol. I n. 1127. 1128; Garrucci syll. n. 1477. 1478.

In latere tituli *a* legi N... affirmat Garruccius. — Titulum *b* sic excepit Rossius: OCONIVS ; C·VOCONIVS·C·F habet Garr.

Voconios Ariciae memorat etiam Cicero Phil. 3, 6, 15 (cf. supra p. 203). — Fortasse haec fragmenta pertinebant ad epistylium operis publici a magistratibus duobus Aricinorum in nemore facti.

**2223** fragmentum epistylii marmorei, Nemi in via publica humi.

CALAI
DRVS

Descripsit de Rossi.

**2224** Nemi 1789 VISC.; nuper rep. *nell' agro Aricino ora di Nemi* LVC.

L · SEXTIVS · L · L ·
SALVIVS · OLA · VNA
C · VOCONIVS · C · L ·
AVCTVS · VIXIT
ANIS · XIIII

E. Q. Visconti ms. Paris. I f. 275; Lucidi *mem.* p. 118.
3 cf. ad n. 2222.

**2224a** tabula lapidis Albani rep. in sepulcreto aevi labentis *collocata sopra un loculo*, in fundo Valerii Pesoli *sulla sponda orientale del lago di Nemi.*

ILARO DV*L*CIS ANIMA
☧

Lanciani *notizie degli scavi* 1884 p. 238.

**2224b** tabula marmorea rep. una cum n. 2224*a*.

ONESIMO B M I · P
OMNIA BONA MERVIT IPSE DVM VIVERET ANNIS
NEC QVIDEM TALE ALIQVIS POTEST · ADTINGERE FILIS *sic*
ERGO GLORIOSA VITA FILIORVM GAVISVS
SEX IVBENIS SVPER CVM VNAM · SORORE///
IN OMNIBVS BONA VIDENS CELESTIA · REGNA
MAGNA EST PIETAS · XPI REDONARE DELIETA *sic*
IAM SI QVERIS NOMEN CAPITA VERSORVM
REQVIRE ✳ B · M · I · P
☧ A ω VSENT

Lanciani *notizie degli scavi* 1884 p. 239.

**2225** relatis quae traduntur de nave in lacu Nemorensi submersa (cf. n. 2226) Nibbyus (*analisi* 2 p. 395 seq.) *Nuove ricerche su tal proposito*, ait, *si fecero a' giorni nostri, alle quali, essendo stato presente ed avendo esaminato attentamente quanto venne estratto, ed udito da coloro, che vi erano calati, ciò che aveano veduto, parmi poter ricavarsi, che la pretesa nave altro non sia che la intelaratura de' fondamenti di un fabbricato: che i travi di questa intelaratura, sono di larice, e di abete: che i chiodi che li univano insieme sono di metallo, e di varie dimensioni: che il pavimento, o almeno lo strato inferiore di esso era formato di grandissimi tegoloni posti sopra una specie di graticole di ferro sopra le quali havvi il marchio* CAISAR *in lettere di forma assai antica: e queste graticole, come pure i tegoloni, possono vedersi nella Biblioteca Vaticana.* Refert Nibby ad villam quam C. Caesar, teste Suetonio Caes. 46, *a fundamentis inchoatam magnoque sumptu absolutam*, mox *totam diruerat.* — Fragmenta haec ferrea — nam in ferreis clathris *(graticole)*, non in tegulis lectum esse CAISAR verba certe Nibbyi indicant — post Nibbyum neque in bibliotheca Vaticana, ubi frustra nuper quaesivit Rossius, neque alibi quisquam vidit.

**2226** 'Quantum autem lacus (Nemorensis) ipse maioribus fuerit gratus, magnum hoc tempore 'apparuit argumentum. Prosper Columna cardinalis . . cum Nemorense illud Cynthianumque 'castellum paterna possideat hereditate, aliquando audivit Nemorenses dicere, naves suo in 'lacu binas esse submersas — — — nosterque Leo Baptista Albertus geometra nostri temporis 'egregius, qui de re aedificatoria elegantissimos composuit libros, ad id operis est vocatus — —; 'dumque huic expiscandae navi omnis undique insudat multitudo, fistulae in fundo lacus 'inventae sunt plumbeae, bicubitales longitudine, firmissima crassitudine, 'quas mutuo morsu ac compagine combasiantes in quantumvis maximam 'longitudinem producere licuit: earum vero singulis elegantes insculptae 'sunt literae, autorem ut coniicimus navis suum Tyberium Caesarem Au'gustum indicantes: censuitque Leo Baptista fontis copiosissimi lucidissimique ad Nemo'rense oppidum scatentis aquas — multo ipsarum fistularum ordine ad medium usque lacum 'fuisse perductas, quae aedibus inservirent amplissimis latissimisque, quas navibus praedictis 'super impositas fuisse tenemus.' Haec Blondus Forliviensis (mortuus a. 1463) in Italia illustrata (ed. Bas. 1559) p. 326. Versio Italica non differt nisi quod ipsa verba inscriptionis referri videntur: *in ognuna di quelle erano scolpite belle lettere, Tib. Caesar. Aug.* Repetiverunt multi, in iis Kircher Latium p. 51; Vulpi Lat. 7 p. 237 seq.; Lucidi *memorie dell' Ariccia* p. 76. 77; Lanciani syll. epigr. aquar. n. 213. Fraudes quas narrationi Blondianae (adhibitis eis quae de eadem navi habet Franc. Marchi *dell' architettura militare* lib. II cap. 82) superstruxit Ligorius, vide in falsis. Errori, non fraudi videtur deberi inscriptio fistulae plumbeae quam auctore non laudato exhibet Pighius cod. Berol. f. 176' TI·CAESAR·AVGVSTVS·GERMANICVS dicens repertam eam esse in lacu Nemorensi.